Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1193
Quelle:
Copyright:

ineſt ſeminibus permixtis. XIII. Quod anima a principio concepcionis ineſt ſeminibus permixtis. XIV. De formacione cordis et nutritiuarum parcium in embrione. XV. De formacione cerebri et Zoticarum uirtutum ordinacione in embrione. XVI. Quod anima mediante ſpiritu uite omnes cordis alias uirtutes in actum producit. Initium C. I. eſt: *Organum uite et uegetabilitatis idem fere proximum eſt* &c. Finis C. ult: *Et hoc eſt quod a principio expleti laboris pollicebatur intencio.* Subdam *Cordis* deſcriptionem ex C. IV. initio, de qua Anatomici noſtri cognoſcant. *Cor membrum carneum eſt. ſolide ſubſtantie. figure contbidalis* (a conto, haſta?) *tribus cellulis diſtinctum. in medietate pectoris collocatum et in ſiniſtrum declinans. baſi inſidens. cellula que ſibi tantum* (vel *tamen*) *in baſi collimitat concluſum. capite deorſum. radice ſuperius conuerſa. pellicule que dyaframati ſit perpendicularis pectus et pulmonem per equalia diuidenti annexum dependet.* Opuſculum rariſſimum eſt; ut enim *Alexandrum Nekhamum* vitioſe ſcriptum *Nequam* norint et celebrent *Tannerus*, *Fabricius*, alii, *Alexandrum* tamen *de Farewell* nemo prodit, ne ipſe quidem vaſtiſſimus *Edw. Bernardi Mſs. Angliae Catalogus*, cum tamen inter profunda felicis Inſulae ingenia aevo ſuo cenſeri poſſe videatur. Seculum illi XIII ex τȣ συγχρονȣ *Neckhami* aetate adſignamus. Coenobium *de Farewell* in Comitatu *Staffordiae* extitiſſe, ex *Codd. Mſs. Guil. Dugdalii* inter *Bodlej. Catal. cit.* p. 294. n. 6501. diſcimus. Quid, ſi ibi Monaſticen profeſſus fuerit?

VII. *fol.* 54. p. 2. Excerpta ex *Baſilio ſuper Deut.* et *Auguſtino ſuper Geneſin* de Anima. Initium: *Baſilius in quadam omelia ſuper deut. circa finem. Adtende tibi et intellige* &c.

VIII. *fol.* 56. Ex *Ambroſii* Libris *in Hexameron*, *de Paradiſo* et *de Cain et Abel.* Initium: *Tantum miror opinionis aſſumpſiſſe homines* &c.

IX. *fol.* 66. p. 2. Ex *Auguſtini Confeſſionum*, et *de Trinitate* Libris. Initium: *Confeſſionum mearum libri XIII. et de malis et de bonis meis laudant* &c.

X. *fol.* 89. Varia ex *Dionyſii* dicta *Hierarchia coeleſti*, *Baſilio M. Auguſtino*, *Chryſoſtomo*, *Anſelmo.* Initium: *Omne datum &c. Omne quod eſt. duobus modis diuinam participat bonitatem* &c.

XI. *fol.* 115. Varia ex Operibus *Hugonis* et *Richardi de S. Victore.* Initium: *In primis itaque conſiderandum quod peccatorum obligatio conſideratur circa duo* &c.

XII. *fol.* 129. Varia rurſus ex *Auguſtino*, *Chryſoſtomo*, *Anſelmo*, *Baſilio*, *Gregorio M.* Initium: *Auguſtinus in principio. III. libri ſuper gen. ad litteram loquitur* &c.

XIII. *fol.* 136. Excerpta ex *Joh. Chryſoſtomi Homiliis in Evangelium Johannis.* Initium: *Criſ. in ſecunda omelia Johannis*